



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXI. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Anselmus Archiep. Cantuariensis sui in Mariam affectis testimonium scriptis in ejus laudem plurimis reliquit, ejus honoris virginitatem suam devovit, eidem colendæ templa condidit & Monasteria. Noctu in profundam cisternam lapsus illæsum Deipara præservavit; utque festum Conceptionis suæ maculâ carentis celebraret, præcepit. *Ex vita.* Angelis hæc Regina mandat, de Clientibus suis, ut custodiant eos in omnibus viis.

S. Anselme! etiamnum orbis mille tam corporis, quàm animæ periculis, heu nimirum quàm multis! plenus est, impetra precibus tuis à Maria, ut Dux mihi esse velit, quæ errantem in hoc labyrintho animam tot præcipitiis expositam felici morte evolvat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, unò infinities te saluto: &c. f. 2.

Ad quod impetrandum: Icones Mariophilorum, & Deiparæ sanguine junctorum specialitè colam.

Cui datum est dulci studio sæpe cogitare de B. Virgine Maria, magnum is promerendæ salutis habet indicium. *S. Ans. c. 4. de exc. V.*

Quæstio: Quando cultus & celebritas Immaculatæ Conceptionis inchoaverit? v. *Baltingh. 8. Dece.*